

VINCENTII
D. CAROCCHI

NOBILIS TVDERTINI
I. C. CLARISSIMI

NOVAE ADDITIONES AD CENTVM
PHILIPPECH CONSILIA

IN QVIBVS TAM RATIONIBVS QVAM SACRAE ROTAE
Decisionibus, multa dubia declarantur, & nois
argumentis illustrantur.

OPVS NOVVM, AC PERVTILE TAM IN SCHOLIS
CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



ROMAE,

Ex Typographia Iacobi Mascardi. MDCXVIII.

SUPERIORVM PERMISSV.

Antony. Traversa = Pech & Hys =


Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

Cesar Fidelis Vicefg.

EGO infrascriptus ex commissione Reuerendissimi P. F. Hyacinthi Petronij Sacri Palatii Apostolici Magistri, vidi, & diligenter perlegi hunc librum cui titulus est *Additiones decisivæ, reportata quotidiana ad Philippi Decij consilia Vincentio Garoccio I. C. Tudertino Authore, & nihil reperi, quod Fidei Catholicæ, vel bonis moribus aduersetur, in quorum fidem hunc mea manu subscriptum dedi, Romæ, die 18. Octobris 1616.*

*Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnasio Almae Urbis
Iuris Civilis publicus Professor.*

Imprimatur, Fr. Gregorius Donatus Rom. Mag. & Reuerendissimi P. F. Hyacinthi Petronij Romani, Sacri Pal. Apost. Mag. Socius Ord. Przd.



In Typographia Jacobi Mascardi. MDCXVIII.

Superiorum Permissum.

Handwritten signature or note at the bottom of the page, possibly reading 'Angelus Lucianus'.

ILLVST.^{MO} ET EXCELL.^{MO} PRINCIPI
D. FEDERICO
CAESIO
FED. AQVASPARTAE DVCIS
FILIO
PRINCIPI S. ANGELI, ET S. POLI,
MARCHIONI MONTIS CAELII II. &c.
BARONI ROMANO.


Vincentius Caroccius Tudertinus Iurisconsultus S. D.



MULTA sunt, eaque præclara beneficia, quæ E. V. iam nunc & domus Cæsia vestra Illustrissima olim contulerunt in patriam meam, in me, & conciuēs meos, quæ omnia non solum me inducunt, sed cogunt etiam, vt memorem & gratum me, & nunc & futuris in annis, quos Deus concesserit, E. V. debitorem sistam. In primis enim non satis verborum habeo, vt beneuolentiam illam vestram explicem, qua me immerentem, & omnes populares meos, tam læto vultu, tam benigno animo excipere solet, illisq. omne genus humanitatis exhibere. Atqui aliter E. V. facere non potest, si modo antiquorum Cæsiorum vestigia aliorumque maiorum suorum sequi velit, quibus (ipsos primo Cæsios commemoro) Tudertum non solum debet, quod tot tamque magnis ædificijs Ciuitatem auxerint, & ornauerint, sed longa serie Episcopatus dignitatis ac muneris, cui Paulus, & Federicus Cardinales, Ioannes Andreas, & Angelus Cæsij cum maxima laude præfuerunt in eadem

I

ADDITIONES DECISIVAE, REPORTATA, QVOTIDIANA, ET VTILIA, AD PHILIPPI DECII CONSILIA.



AD CONSILIVM PRIMVM DECII.

EPILOGVS.

Agitur in hoc primo in ordine consilio, utilis, & fructuosa materia, quando filius intret in locum patris, & de iure communi statutorio, & in fideicommissis, de virtute dictionis, omnino, & quando naturalis præteritus rumpat testamentum.

CONCLUSIO PRIMA.

Num. 2.

CONCLVDIT Dec. hic, quod in successione ascendentium filius intrat in locum patris, & hanc dicit communem. Curt. iun. conf. ibi col. 2. Paris. conf. 36. vol. 2. conf. 38. n. 15. eodem vol. Ruin. conf. 167. vol. 2. Ant. Gabr. de fideicommiss. concl. 3. n. 11. Cui plene profitenti addo bene loquentes Bellon. conf. 10. de communi Villalob. littera f. n. 90. Bursatt. conf. 71. n. 1. Alex. dicentem veriorum, & magis communem conf. 88.

& conf. 137. vol. 2. Vasq. de successio progressu. lib. 3. §. 26. n. 9. Mazar. de fideicommiss. q. 18. par. 2. attestans ita iudicatum Socin. Iun. dicens magis communem conf. 20. lib. 2. Thob. Nou. conf. 20. n. 10. Crass. §. fideicommissum q. 11. n. 3. Iaf. in l. si auia. n. 4. C. de success. edict.

2 Ampliatur etiam in successione proavi glos. in §. multis, in verbo, vsque, de success. libert. vbi Aretin. n. 4. dicit singularem, sed non veram, vltra prænepotem, & sic proauum.

Idem Dec. conf. 217. col. 2. versic. sed in proposito. Ruin. inter consilia Rube. 40. n. 4. Rub. conf. 42. colum. 2. Gozad. conf. 4. n. 32. Paris. conf. 36. n. 1. lib. 2. Tiraq. de iure primogen. q. 4. n. 191. Ceph. conf. 16. n. 32. lib. 2. Menoc. conf. 124. n. 56. lib. 2. consil. 356. n. 6. lib. 4. Didac. practicab. quæstion. cap. vlt. vers. 9. Eschesis, Ludou. Molinar. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 7. n. 6. Decian. conf. 9. n. 4. lib. 2. Menoc. lib. 4. præsumpt. 95. n. 6.

3 Ampliatur secundo, idem in successione auia, vel proauia. Menoc. lib. 4. præsumpt. 96. n. 7. sed vide con-

A filia